



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 134. Unio a Græcorum potissimis deserta, atque impugnata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

mis adversus eos conspirabant, præcipue Sæcul. XV.
 vero Monachi, cum soli ferme populi con- A. C. 1440.
 fessionibus excipiendis præpositi essent,
 omnes urbis incolas, & ipsum etiam vul-
 gus ad tumultum commovebant. Idcir-
 co variis illos injuriis laceſſebant, *Azy-*
mitas, fidei proditores, & apostatas con-
 vitiabantur, Marcum vero Ephesinum
 plenis buccis, omnique laude dignissimum
 deprædicabant, illumque velut unicam
 immotamque fidei columnam ad sydera
 efferebant, eo quod, ut agebant, solus La-
 tinorum molitionibus obſistere & Græcæ
 Ecclesiæ honorem tueri, invicto animo
 ausus esset.

§. CXXXIV.

*Unio a Græcorum potissimis deserta,
 atque impugnata.*

Plurimi persecutionis hujus vi expu- Chalcondyl.
 gnati ad schismaticorum signa rever- lib. 6.
 si sunt, & licet nonnulli constanter in fide
 perseverarent, longe plures tamen lingua
 juxta & calamo unionem, quam paulo
 ante propriæ manus testimonio firmave-
 rant, diris devoverunt, ac potissimam
 Græcorum partem ad sua studia pertra-
 xerunt. Quos inter præcipui numera-
 bantur Metropolita Heracleensis, Gemi-
 stius Philosophus magnus Ecclesiæ Con-
 stantinopolitanæ Chartophylax, Sguropu-
 lus

Sæcul. XV. pulus magnus Ecclesiarcha, Trapezuntinus Archiepiscopus, prætermultos alios qui Synodo Florentinæ interfuerant, & unionis Decreto subscripserant. Horum defectione Marcus Ephesinus nimium quantum elatus, eo devenit insolentia, ut adversus ipsum Imperatorem, omnesque, qui schismati obluetabantur, infringere non dubitaverit, audaciam non parum acuate Patriarchæ obitu, qui temerarios Viri hujus ausus reprimere adhuc valuisset. Ipse quoque Imperator, quamvis initio pia fovere consilia videretur, multum tamen a primævo Religionis zelo remisit, partim nimio pressus dolore ob Imperatricem Mariam conjugem suam, quam Constantinopolim rediens, fatis ereptam invenit, planxitque, partim ob graves simultates, quas sibi Demetrius ejus frater accersiverat, adeo, ut intestinum etiam bellum accenderet. Marcus autem fatalem hunc rerum concursum in rem suam vertere gnarus, plurimum Schismaticorum animos induxit, ut contra unionis negotium calamos suos acuerent; nec segnior ceteris ipse videri voluit, qui confestim prolixam satis encyclicam conscripsit ad omnes Patriarchas directam, in qua cuncta recoxit, quæ de Processione Spiritus Sancti in Synodi Sessionibus allegaverat.

§. CXXXV